

A. 1733.

Aus dem Braunauer Stadtarchiv im «Register über die peinlichen Fragen» S. 302 wird als Zeitbild interessant sein, wie «Anno 1733 den 2. Septembis hat dass allhiesige Halssgericht wiederumb müssen repariret werden. wobey nachfolgendes beobachtet worden. u. s. w.»

A. 1737.

1. Kaiser Karl verlangt das Gutachten des königlichen Tribunals in Mähren über das von den Raigerern Brüdern eingebrachte Separationsgesuch. dd. Wien 19. Febr.

Cop. Diplom. abb. Brevnov. a. h.

2. Attestatum Friderici Lichtenberg super b. Guntherum.

Ziegelbauer l. c. 153.

(Schluss folgt im nächsten Hefte.)

## Beitrag zur Lebensgeschichte des Anton Wolfradt,

Abtes von Kremsmünster, Fürstbischofs von Wien.

Aus dem Archive des Stiftes Heiligenkreuz mitgetheilt von Dr. Benedict Gsell.

(Fortsetzung aus Jahrg. III., Heft 4. S. 334—345.)



Und nun erscheint endlich auch der Name unseres Anton Wolfradt. Sei es, dass jener Abt Joannes Martinus von Vernevallari den in Citeaux und Clairvaux weilenden und einer Nachricht harrenden Gesinnungsgenossen Mittheilungen über den Erfolg der zwei nach Deutschland abgesandten Mitbrüder zukommen liess, oder dass sie von diesen direct über die im Stifte Heiligenkreuz gefundene Aufnahme in Kenntniss gesetzt worden waren: sie machten sich nun ebenfalls auf den Weg und als Geleitschein, der zugleich über ihre Berechtigung das Cistercienser-Ordenskleid tragen zu dürfen Aufschluss geben sollte, wurde ihnen das folgende Document ausgestellt. Wir werden darin nicht nur mit ihren Namen sondern auch mit ihrer früheren Stellung bekannt, und zugleich finden einige Andeutungen in dem oben angeführten Briefe des Abtes von Salem an den Prior von Heiligenkreuz ihre Erklärung. Leider hat dieses Document in Folge des Zusammenlegens Schaden erlitten, so dass einige Worte unmöglich entziffert werden können.

Dieser Geleitschein lautet:

## VIII.

Frater Nicolaus Boucherat, Coadjutor Abbas  
Cistercii, sacrae Theologiae professor.

Notum facimus tenore praesentium universis et singulis cujuscunque status, conditionis et dignitatis fuerint. Cum nobis in Christo charissimi filii: Georgius Miclizius a Viscovia, nobilis Moravus, ss. Theologiae et Philosophiae Doctor, Cathedralis Ecclesiae Olomucensis Canonicus; Joannes Seifridus, Wratislawiensis Silesius ibidemque Cathedralis Ecclesiae Canonicus; Joannes Damianus Trevirensis, Limburgensis Canonicus; Antonius Wolffradt, Coloniensis; Georgius Stephanides, Müglicensis Moravus, Philosophiae Magister; Christophorus Schaeffer, Olomucensis Moravus, Philosophiae Magister; Martinus Schaeffer, Olomucensis Moravus, anno elapso in Cisterciensi et Claravallensi Galliarum Coenobiis Sacri Ordinis nostri Cisterciensis ingressi Novitiatum vitae spiritualis laudabiliter exegerint, neque alibi nisi in Germania vitam degere et in vinea dominica laborare vigore Pontificiae Constitutionis: Ex illis in Collegio Romano . . . . oraverint, pia eorum vota pro viribus promovere volumus. Ad unum ergo insimul commoratorios Germaniae coenobium destinatos, quamvis nondum professos, habitu tamen professorum justissimis de causis iudicio aliorum etiam primariorum dictorum Cisterciensium Abbatum induendos duximus. Nolumus tamen iis, quoad liberrimam circa temporalium rerum et beneficiorum aliorum, quae obtinent, dispositionem ex hoc capite quidquam derogari, maxime cum ante habitum assumptum super hoc solemnem coram nobis protestationem interposuerint, quam etiam acceptare et hac pagina manusque nostrae subscriptione et sigilli vicariatus nostri generalis impressione testatam reddere et roborare volumus. Datum Cistercii decima Martii, Anno Domini millesimo sexcentesimo quarto.

(L. S.)

F. N. Boucherat m. p.  
Cistercii Coadjutor abbas.

In einem der Zeit nach diesem Geleitschein sehr nahestehenden und sonst sehr verlässlichen Stiftskataloge finden wir folgende Notizen über die genannten Männer:

1. Georgius Miclyzky, Canonicus Olomucensis, Ss. Theologiae Doctor, Collegii Germanici Romae Alumnus, nobilis Moravus de Wischovia, Presbyter, Claraevallis Novitius;

2. Joannes Damianus Machacutius, Canonicus Limburgensis, Theologus, Collegii Germanici Romae Alumnus, Presbyter, Claraevallis Novitius;

3. Joannes Seyfridus Silesius, J. U. Doctor, Theologus et Canonicus Wratislawjensis, Presbyter, Cistercii Novitius;

4. Wenceslaus Coslowius, Silesius (quantum constat) Ratiboriensis, Collegii Germanici Romae Alumnus, Theologus et Presbyter, Claraevallis Novitius;

5. Joannes Guilielmus à Sprinzenstain Liber Baro, Austriacus Viennensis, Diaconus, Claraevallis Novitius;
6. Antonius Wolfradt, Coloniensis, Acolythus, Claraevallis Novitius;
7. Georgius Stephanides, Moravus de Miglicio, Acolythus, Cistercii Novitius;
8. Christophorus Schaeffer, Moravus Olomucensis, Nobilis de Bistricia, Philosophus, Acolythus, Cistercii Novitius. —

Von dem in dem Geleitscheine noch angeführten Martin Schaeffer findet sich in keinem Stifskataloge eine Spur; vielleicht blieb er in Salem oder hat sich in irgend ein anderes Stift gewendet. Ueber ihre Absicht beim Eintritt in den Cistercienser-Orden sprechen sie sich in einem an den General-Abt gerichteten Schreiben also aus:

Tria praecipue spectavimus adjiciendo animum ad statum religiosum in Ordine Cisterciensi profitendum.

Primum est et potissimum, ut incedentes per viam, qua dilectus Domini Benedictus coelum ascendit, secundum traditionem Patrum et Superiorum ducatum misereamur primo animarum nostrarum placentes Deo. Nam quid prodesset nobis, si univsum mundum lucraremur, animae vero nostrae detrimentum pateremur? quam enim dabit homo commutationem pro anima sua?

Secundum est, ut sicut adipe et pinguedine repleti virtute, pietate et monasticae disciplinae scientia alios Religionis nostrae homines, qui opus habent, erudiamus ad justitiam et observantiam regularem; hoc enim exigit charitas nostra a nobis, qua Ordinem universum amplectimur, et ruina Monasteriorum plurimorum, in quibus prope tota vitae religiosae disciplina sepulta jacet; et institutum Collegii Germanici, quo jubemur, etiam non obstante Religionis voto, necessitatibus maxime spiritualibus Germaniae subvenire.

Tertium est, ut non defodientes talenta, quae a Patre luminum descendunt, ea propagemus maxime ad domesticos fidei et vocationis nostrae. Arbitramur enim non parum interesse ad firmamentum, emolumentum et ornamentum Ordinis, saltem aliquos esse in singulis Monasteriis, qui praeter eximiam pietatem solidam etiam habeant eruditionem, ut pro conditione locorum et temporum possint praedicare verbum, instare opportune, importune, arguere, obsecrare, increpare in omni patientia et doctrina.

Unde primo statuimus, relictis Germaniae monasteriis, in quibus non floret regularis disciplina, confugere ad principia et originem Ordinis, ut non solum ibi de ipso fonte et prima scaturigine purius bibamus ea, quae ad vitam religiosam sunt necessaria et quae aliis propinanda sunt; verum etiam, ut deinceps quidquid pro Ordinis bono acturi vel facturi sumus, id cum consensu, autoritate et promotione Capituli et Superiorum Ordinis agamus et faciamus.

Secundo, ut in deligenda et procuranda domo idonea ad exequendum propositum nostrum non sequamur nostrum consilium ac voluntatem, sed Dei ac proinde Superioris, qui immediatius Dei instrumentum est, quo nobis ordinarie divina voluntas innotescit; eo quoque animo venimus in Galliam et petimus admitti in numerum Novitiorum, ut nobis in Novitiatu constitutis interea cura, sollicitudine et autoritate Reverendissimi Domini Generalis, is Abbas ac Monasterium, ad quod absoluto probationis anno stabilitatem profiteamur, assignetur et procuretur, quod ipse cum consilio suorum aptum et accomodum judicaverit proposito et piis desiderii nostris; putamus enim, ut consultius ita rectius agi id, quod non propria sed aliena et Superiorum voluntate agitur.

Tertio hujusmodi Monasterium conquiri petimus, quod sit capax omnium nostrum, ut omnes inhabitemus unius moris in domo; nam sic omnes mutuo in concepto Religionis et disciplinae fervore facile conservabimur; sic magna abscedet occasio ambiendi Monasteriorum dignitates, quae maxima est, si singuli ad singula distribuermur monasteria; sic citius, sic commodius et Seminarium et Collegium Ordinis fieri poterit; sic denique majorem fructum nos facturos speramus.

Mit jenem Geleitsschein in der Hand traten sie nun die Reise an und bald darauf finden wir sie bereits im Kloster Salem. Es hat den Anschein, dass man sich hier bemühte, sie zurückzuhalten; sie richten daher an den Prior von Heiligenkreuz den folgenden Brief, in welchem sie ihm für seine bisherige Unterstützung danken und um seinen ferneren Beistand bitten.

IX.

Praemissa officiorum nostrorum delatione Rvdae. Paternitati Vestrae salutem.

Quantum Rvda. Paternitas Vestra nobis profuerit, aliquando mutuo contracta notitia ex eo colligere facile potuimus, quod paene neminem causarum nostrarum patronum habentibus, ultro tamen, immeritis licet, commendatione Rvdae. P. V. intercedente oblatum fuerit et delatum S. Crucis monasterium. Enimvero expeditis a nobis monasterii procurandi gratia charissimis fratribus nostris Wenceslao et Guilielmo usque in Germaniam dimissis, licet summe percuperemus omnes in tam sacrum celeberrimi vestri illius coenobii adscribi conventum et numerum, nunquam tamen fronti nostrae verecundae tantum ausi fuimus adtribuere audaciae, ut hoc aut aperte peteremus in sinum vestrum involantes aut primae fratrum nostrorum curae commendaremus, repulsam pusilli formidantes. Ergo quia oblatum beneficium turpius excluditur, quam non admittitur, nos etiam concessum a Rvdssimo. D. Abbate S. Crucis monasterium non solum non excludimus, sed cum summa gratiarum actione admittimus et obviis etiam ulnis amplectimur. Quod reliquum est, spe firma sumus, Rvdam. P. V., sicut in recipiendis nobis apud Rvdssimum. Dnum. Abbatem nostrum vicariam egit operam in re nostra, ita etiam eandem Rvdam. P. V. in avocandis inde, ubi degimus, similes nobis exhibituram credimus et confidimus vices. Multa praeterimus consulto temporis brevitate impediti, eaque dilectis nobis in Christo fratribus Joanni Damiano et Christophoro Schaeffer coram exponenda commisimus et commendavimus.

Hisce nos solito Rvdae. P. V. in nos favori commendamus.

Ex Salem 26. Martii 1604.

Admodum Rvdae. P. V.

Adm. Rvdo. in Christo Patri	Fr. Georgius Stephanides m. p.
F. Maximiliano Tieffer,	F. Antonius Wolfradt m. p.
celeberrimi Monasterii S.	et ceteri fratres.
Crucis Priori dignissimo,	
Domino nostro colendissimo.	

Der Aufenthalt in Salem scheint doch einige Zeit gedauert zu haben. Aus einem den Acten beiliegenden Original-Briefe des P. Ferdinand Guil. Kolowrat S. J., ddo. Ingolstadt 9. Mai 1604 an Sprinzenstain in Heiligenkreuz ersehen wir nämlich, dass «P. Melitius, P. Seyfriedus, Fr. Antonius et socii» daselbst angekommen seien. Er spricht seine ungemeine Freude über das Gelingen ihres Vorhabens aus und ermuntert sie alle zum standhaften Ausharren. Zugleich erfahren wir aus diesem Schreiben, dass Sprinzenstain «professam jam in monasterio S. Crucis vitam agere», ja dass er am 3. Sonntage nach Ostern seine Primiz gefeiert habe, wozu ihm Kolowrat die innigsten Glückwünsche darbringt. Das Schreiben gibt überhaupt Zeugnis eines seit längerer Zeit bestandenen herzlichen Freundschaftsverhältnisses zwischen Kolowrat und sämtlichen Cistercienser-Ordens-Candidaten.

Wann aber diese nun in Heiligenkreuz selbst eintrafen, darüber finden wir keine nähere Andeutung; das steht jedoch fest, dass sie sämtlich in diesem Stifte jedenfalls bald darauf sich zusammenfanden und feierliche Profess ablegten. Im Archive des Stiftes sind von Allen (wie angedeutet, mit Ausnahme des Martin Schäffer) die Original-Professzettel aufbewahrt, leider nur mit Angabe des Jahres 1604 ohne näheres Datum. Der eigenhändig geschriebene Professzettel des Anton Wolfradt (Pergament) lautet wörtlich: «Ego F. Antonius Acolythus promitto stabilitatem meam et conversionem morum meorum et obedientiam secundum regulam Sancti Benedicti, coram Deo et omnibus Sanctis ejus quorum reliquiae hic habentur, et in hoc loco qui vocatur ad Sanctam Crucem Cisterciensis Ordinis, constructo in honorem Sanctae Mariae semper Virginis, nec non victoriosissimae Sanctae Crucis, in praesentia Admodum Reverendi Patris ac Domini Domini Pauli Abbatis — 1604.» Abt Clemens hat darauf die Bemerkung geschrieben: «cognomine Wolfradt, postea Episcopus Viennensis.»

Damit wäre nun wohl der Beweis vollgültig hergestellt, dass Anton Wolfradt wirklich als Profess dem Stifte Heiligenkreuz angehörte. Allein das stiftliche Archiv besitzt noch eine Anzahl Originalbriefe desselben aus seinen nächstfolgenden Lebensjahren, die über seine weiteren Schicksale ungemein viel Licht

verbreiten und zugleich den edlen Mann zu sehr kennzeichnen, als dass sie nicht verdienen sollten endlich doch einmal an das Tageslicht zu treten. Und so mögen sie als weitere unumstössliche Belege unseres Beweises folgen.

Anton Wolfradt hatte, wie wir aus den bisher angeführten Schriftstücken ersehen, seine theologischen Studien noch nicht ganz vollendet; er war auch erst Acolythus. Abt Paulus mochte erkannt haben, dass Wolfradt sich am besten im Collegium Germanicum weiter ausbilden könne, und dort treffen wir ihn auch bei Beginn des nächsten Jahres, woher er nun die folgenden Briefe nach Heiligenkreuz richtete.

X.

Admodum RR<sup>di</sup> PP<sup>es</sup> caeterique Fratres in Christo sincere dilecti!

Sicut Vestris potissimum tum sacrosanctis sacrificiis tum sanctissimis precibus actum est, ut sanus Deo dante et incolumis, eo loci appulerim, quo a Vobis discedens tendebam; ita Reverentiis Vestris aut solum aut singulariter gratias ago pro impenso fraternae charitatis obsequio, quod sane eam qua coram in omnes et singulos ferebar, charitatem renovabit saepius ac ardentius inflammabit. Unice tamen obsecro Reverentias Vestras, ut pro solito suo in omnes homines ac praesertim confratres suos amore eam, quam pro me apud Deum Opt. Max. precem interposuerunt, semper sollicite studeant continuare, quatenus rem studiorum pariter ac pietatis, pro qua missus sum, digne Deo ac nobis fructuose valeam perficere; neque enim in vineam intransibimus, sed in ea laborantibus merces reposita est. Equidem quod in me erit, ita divino auxilio praestare conabor, ut omnibus placeam in bonum et aedificationem. Porro in Visitatione sanctorum locorum, testis est mihi Deus cui servio, quod sine intermissione memoriam Vestri facio in orationibus meis, obsecrans ut det Vobis idipsum sapere in alterutrum secundum Jesum Christum, ut unanimes uno ore honorificetis Deum, digne implentes ministerium Vestrum, et qui praeest in sollicitudine et qui subest in hilaritate, charitate fraternitatis invicem diligentes, reformati in novitate sensus, ut probetis quae sit voluntas Dei bona et beneplacens et perfecta. Quod ubi a Reverentiis Vestris pro me quoque fuerit frequentatum, superabundabit in nobis gratia Dei per recens donatum filium ejus Dominum nostrum Jesum Christum, qui det nobis omnibus secundum divitias gloriae suae virtutem corroborari per spiritum ejus in interiori homine. —

Valeant ac me sui observantissimum ut fratrem diligant.  
Romae die octava anni currentis 1605, cujus felix auspiciū  
felicemque decursum omnibus ac singulis precor ex animo.

Admodum RR<sup>darum</sup> PP<sup>ternitatum</sup> Vestrarum  
observantissimus et addictissimus  
in Christo frater  
F. Antonius Wolfradt,  
S<sup>ie</sup> †. professus m. p.

P. S. Admodum Rvdus. P. Prior boni consulat silentium  
meum. Praeterquam enim quod ad nuperrimas meas ad Rvdam.  
P. Vestram per Dnum Julium Beverelli destinatas nihil responsi  
acceperim, tempus plura scribere non permittit; interea me suis  
sacrosanctis precibus et sacrificiis intime commendo, eidem felicis-  
simum anni decursum ex animo exoptans, et ab eadem scire  
cupiens quid de indicto Capitulo generali ad 8<sup>vam</sup> Maji futurum sit.<sup>1)</sup>

Valeat.

ut supra.

Von Aussen: Admodum Religiosis ac Reverendis in Christo  
Patribus P. Maximiliano Tieffer Priori, caeterisque monasterii S.  
Crucis Austriae professis PP<sup>bus</sup> ac FF<sup>bus</sup> suis observandis ac  
dilectissimis  
Wien  
im H. Creutzerhoff.

## XI.

Admodum Rvdi. in Christo Patres et Confratres charissimi!

Annus est, ex quo a dulcissimo nostro convictu et complexu  
non sine magno animi sensu discessi, in cujus decursu ternas  
ad charitatem Vestram litteras dedi, nihil vero unquam responsi  
aut fraternae salutationis accepi. Equidem hoc solum adscribo  
tumultibus istis bellicis, qui pacem Vestram haud dubie plurimum  
conturbarunt, animosque ad alia cogitanda diverterunt; sed ut  
verum fateor, non in hac excusatione conquiescit cor meum;  
pejus quid, utinam falso, suspicor; nempe intepuisse charitatem  
erga me Vestram, meque simul ex oculis pariter ac animis  
recessisse. Novi etenim, quantopere fraternae unioni invidet

<sup>1)</sup> Das General-Capitel wurde abgehalten; aber weder Abt Paul noch  
sonst ein Mitglied des Stiftes wohnte demselben bei. Das Jahr 1605 war für  
Heiligenkreuz ein sehr unglückliches; es blieb während des Aufstandes der  
Ungarn fast kein einziger Besitz desselben vor Brand und Verwüstung geschont.  
— Dieses General-Capitel fasste unter andern auch den Beschluss, dass in jeder  
Ordens-Provinz ein Kloster durch den General-Vicar bestimmt werden sollte, in  
welches alle Klöster derselben Provinz ihre Novizen zur gemeinschaftlichen  
Erziehung zu schicken hätten — ein Beschluss, der aber nicht zur Ausführung kam.

invidiae parens, eo quod et ipse sciat, nihil tam ad pios conatus promovendos pravasque suggestiones eludendas efficax et opportunum, quam pari studio unoque affectu omnes unum sapere, idem velle. Hinc est, quod cum fascem conjunctim flectere nequeat, singulos bacillos confringere tentet ac facile confringat. Hucusque tamen absit, ut tali suspitioni fidem adhibeam, eo quod quamdiu vobiscum vixi, propensissimas in me omnium viderim voluntates; si tamen, quod fieri solet, fervor ille, quem praesentia causat, ex absentia mea paululum refrixit, enixe obsecro charitatem Vestram redire in pristinum sibi que persuadere, me uno semper ac inviolabili dilectionis affectu Rvdas. Pat. Vestras hactenus observasse et nunc observare, neque permisisse, ut vel levis aliqua suspicio vel falsa suggestio charitatem meam ullatenus tepefaceret, quod idem a R<sup>dis</sup> P<sup>bus</sup> Vestris et antehac factum confido et deinceps spero futurum. Pro Xenio precor omnibus ac singulis felix ineuntis anni auspiciam felicemque decursum. Transmisi etiam pro singulis unum vel alterum medallium R<sup>do</sup> nostro Abbati; quaeso magnificentias concessas, quia raras sunt et habendo difficiles, quarum exemplar eidem R<sup>mo</sup> nostro simul destinavi. Hisce me meosque in Christo charissimos connovitos et comprofessos Fratres solitae Vestrae benevolentiae ac pristinae charitati fraterne et humiliter commendo, ipse imprimis desiderans, sacratissimis Vestris sacrificiis ac precibus esse quam commendatissimus, continuam vicissim apud Deum Opt. Max. ad limina SS<sup>orum</sup> Apostolorum memoriam charitatis Vestrae factururus.

Valeant. Romae ex Collegio Germanico 17. Decembris anno 1605.

Admodum RR<sup>darum</sup> PP. Vestrarum

observantissimus in Christo servus  
et Confrater

F. Antonius Wolfradt m. p.

(Fortsetzung folgt im nächsten Hefte.)